

LIBER

Iohannes Gritsch: natione teutonice: patria Basiliensis: ordinis fratrum minorum: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: & tam in iure canonico quam in philosophia seculari sufficienter instructus: ingenio prestantis: & clarus eloquio: in declamandis sermonibus ad populum celeberrime opinionis: Scripsit predicatoribus uerbi dei non spernenda opuscula: quibus nominis sui memoriam posteris commendauit. E quibus ista feruntur:

Sermones de tempore:	li.	i	
Sermones de sanctis:	li.	i	
Sermones per quadagesimam:	li.	i	Cum ieiunatis & c. s. m. natu.
De passione domini:	li.	i	

Et quedam alia.
Claruit (ut sui dicunt) temporibus Sigismundi imperatoris: Anno domini Mille. mo. CCCC. XXX.

Iohannes Nider: ordinis fratrum predicatorum: natione teutonice: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: & in philosophia scholastica sufficienter doctus: in declamandis sermonibus ad populum excellentis & preclari ingenij: hereticarum prauitatis inquisitor: & muliercularum quas maleficas uulgus appellat acerrimus inuestigator: Scripsit aperto sermone nonnulla uolumina: quibus nomen suum posteris notificauit. E quibus ista feruntur:

De contractibus mercato:	li.	i	Cum mercato & officio tot s.
De lepra morali:	li.	i	Olim dum legimus in leuitico.
De preceptis decalogi:	li.	i	Decalogi legem sacratissimam.
De fornicis moraliter:	li.	v	Per agras crebro quas.
De consolatione timorata conscientie:	li.	i	Apud disciplinas repimus.
Speculum perfectionis:	li.	i	
Sermones de tempore:	li.	i	Ecce rex tuus & c. Tria se di.
Sermones de sanctis:	li.	i	Venite pro me & c. Tria pri.
Quadagesimale:	li.	i	Conuertimini ad & c. Hoc uer

Et alia complura.
Claruit temporibus Sigismundi imperatoris: & conciliorum Constantien. & Basilien. Anno domini Mill. CCCC. XXX.

Panormitanus.
Nicolaus Siculus: abbas Monacen. ordinis sancti Benedicti: ex Cathania urbe oriundus: dictus de Tudeschis: primo auditor causarum domini papae & rota: postea Panormitanus archiepiscopus: & demum sacrosanctae ecclesiae Romanae cardinalis: iureconsultus omnium celeberrimus: ingenio subtilis & acutus: consilio promptus & cautus: sermone apertus & compositus: qui merito lucerna iuris appellatur. Scripsit multa preclara uolumina: quibus nomen suum posteris notificauit. De quibus subiecta feruntur:

Super decreto imperfectum:	li.	i	
Super Decretalibus:	li.	v	Quoniam omnis ratio supernae.
Super Clementinis:	li.	i	
Pro concilio Basilien.	li.	i	Quoniam ueritas uerborum le.
Processus iudicialis:	li.	i	Rex pacificus cunctorum.
Consilia centum quattuor:	li.	i	Facti contententia talis est.
Disputationes uariae:	li.	i	

Et alia complura.
Claruit in concilio Basilien. personaliter: Anno domini Mill. CCCC. XXXV.
Et pro auctoritate ipsius concilij coram principibus in Franckfordia praefatum tractatum publice legit: & eleganter oratione ibidem habuit.

Vdouicus Pontanus de Roma: natione Italus: iureconsultus luculentissimus & non minus in scripturis sanctis quam in seculari philosophia studiosus: ingenio excellens: sententia succinctus & ponderas: Edidit in iuridica facultate perficere cupientibus